

BS548  
M5  
v.13

## ELENCHUS AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

### SERARIUS.

In librum Esther prædicenda septem.

### MENOCHIVS.

In librum Esther Commentarium.

### S. HIERONYMVS.

Prefationes in librum Job.

### CORDERVS.

In librum Job Commentarium (à capite primo ad 25 )

ROSENMULLER. — IAHN. — CALMET. — RONDET. — SENAULT.  
— HOUBIGANT. — SACY. — DUGUET. — DUCLOT. — DRACH. —  
NATALIS ALEXANDER. — CORNELIVS A LAPIDE. — GROTIVS.  
SANCTIVS. — ESTIVS. — TIRINVS. — LYRANVS. — VATABLVS.  
— MERCERVS. — MENOCHIVS. — SERARIVS. — CODURCVS.  
STULTETVS. — DRVSIVS. — COCCEIVS. — CASTALIO. — PINEDA  
— LED. CAPPELLVS. — JAC. CAPPELLVS.

Annotations.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

INDEX RERVM.

Creudebat Rigne,

in viâ dictâ d'Amboise, hors la barrière d'Enfer.

## MENOCHII VITA.

Menchius (Joannes Stephanus), natione Italus, patriâ Papiensis, Jacobi Menochii præsidis et jurisconsulti celeberrimi ac scriptis suis notissimi filius, Societatem Jesu die 25 maii, anno 1593, ætatis 17, ingressus, sacram Scripturam et moralem theologiam publicè in collegio Mediolanensi, vota quatuor professus, docuit; exinde in multis gravibusque Societatis administrationibus versatus, octogenario major, migravit ex domo professorum Roma in regionem, ut confidimus, semper viventium, die quartâ februarii anni 1635.

Scriptis latinè eruditissimus Pater: *Hieropolitica, sive institutionis politice à sacris Scripturis de promptis libros tres*, Lugduni, apud Petrum Prost, 1625, in-8°; *Institutionis æconomice ex sacris Litteris de promptis libros duos*, Lugduni, apud Andream et Jacobum Prost, 1625, in-8°; *Brevem explicationem sensus litteralis totius Scripturæ*, 2 vol. in-folio editam, primò Colonie, apud Joannem Kinkium, 1630 (cui accessit in primâ editione Lugdunensi appendix ad notas in Epistolas beati Pauli Apostoli); *De Republicâ Hebræorum libros octo*, in-folio, Parisiis, typis Antonii Barbier, 1648.

Italice edidit Menochius: *Historiam vite Christi*, 2 vol. in-4°; *Historiam sacram ex libro Actuum Apostolorum*, in-4°; *Diatribas eruditas, quas Storeas ab antiquorum monachorum opere manuali appellat*, 6 vol. in-4°, quibus plura Scripturæ loca disertè exponuntur, quaestiones amœniores solvantur, antiqui ritus re-

feruntur et historice variè narrantur. Horum primus tomus prodit sub nomine Joannis Coronæ; reliqui verò nomine auctoris, Romæ, typis Manelphii et Casoni, ab anno 1646 ad 1634. Posthumi prodierunt *de Æconomia christianâ libri octo*, Venetiis, typis Babe, in-4°, 1636, et *Historia sacra miscella ex variis auctoribus collecta*, Venetiis, apud Paulum Balionum, in-4°, 1657. (BIBLIOTH. SOCIETATIS JESU.)

Ex operum Menochii catalogo liquet virum non vulgaris eruditionis, longioris vitæ laborem penè uni Scripturæ addixisse, unde majus commentationibus ab eo editis in sacros Libros pretium venit. Nulla enim Menochio reverà deest sacri interpretis virtus; non linguarum et antiquitatis Judaicæ cognitio; non sacri idiomatis labore et meditatione comparata peritia, quæ Scripturæ quæ parte obscura est, non aliunde quàm ex ipsâ Scripturâ lucem afferat; non Patrum Ecclesiæ assidua lectio; non sana et solidis nixa principis theologia; non solers in quaerendo, sed traditioni perpetuò insistens studium; non modesta et felix sagacitas in conjiendo; non ingenua nescientia in aliquibus dubiis confestio; non perspicua brevitatis in exponendo; non diligens in annotando cura, quæ nihil difficultatis prætervolet: non diffunditur, non digreditur, non eruditionem peregrinam ostentat, pressus quidem, sed uber, sed sufficiens.

(PREFAT. ed. Avenion. anni 1778, 5 v. in-4°.)

## NICOLAI SERARII

### IN ESTHER PRÆDICENDA SEPTEM.

PRIMUM. *Quæ inscriptio?*

Ab Hebræis liber hic ferè vocatur *Megillath Esther*, seu, ut antiquitus pronuntiabant et scribebant, *Megella*, id est, volumen, quemadmodum et Jeremia 56, vers. 27, 28, vox ista vertitur. Ideoque infra, cap. 9, 26, et in notatione ante cap. 15, volumen vocat D. Hieronymus. Olim tamen simpliciter inscriptum fuisse *Esther*, ostendit apud Eusebium lib. 6 Hist. cap. 25, Origenes; et D. Hieronymus epist. 105: *Ruth*, ait, et *Esther* eisdem nomi-

5. s. XIII.

nibus essentur, non quòd ista idem valeant nomina, sed quòd earum libri non aliter quàm ipsarum vocabulis inscribantur; propterea idem Hieronymus epist. 140; hisce verbis apertius indicat: *Ruth, et Esther, et Judith tantæ gloriæ sunt, ut sacris voluminibus nomina indiderint*. Hujus porrò nominis, *Esther*, interpretatio varia traditur: vel *benignitas* vel *demolens*, vel *medicina exploratio*, et *contemplatio*, vel *medicina turturis*: vel *puellula ut luna*, quemadmodum ex *Hagadath* tradit auctor Aruch, cum et inde Græcorum *εστρα*, de quo

007714

In Judices dixi, apud Eliam Thisibi, ducatur, et ab Italis stela vocari dicatur mulier, cui Esther nomen, propter soni videlicet in pronuntiatione similitudinem. Apud Persas astrum seu aster vocatur Esther, unde et apud Laertium ait Xanthus Lydius Zoroastrem *ἡσθηστροφία* *ἡσθηστροφία*, id est, interpretari astrorum sacrificulum; indidemque Esther dicta est, inquit in Eusebianis animadversionibus Scalig. pag. 15, Rabbinii verò Esther et Susannam, gamatrica nomina esse docent, quæ à Græcis *ἡσθηστροφία* nominantur, quorum scilicet litteræ numeros eodem denotant. Vide sis.

Α	1	Ω	500
Β	60	Υ	6
Γ	400	Φ	500
Δ	200	Χ	50
	661	Π	5
			661

II. Quis auctor?

Opiniones doctorum quatuor: prima, Esdræ esse, D. Augustini lib. 18 Civit. 36, et Isidori lib. 6 Orig. cap. 2. Ante utrumque tamen Eusebii Chronicum anno mundi 4754, idipsum quasi à nonnullis jam assereretur, negativam. Et verò est ea etiam opinio quorundam in libro *Baba batira* cap. 1, Judæorum. Altera, quæ Anniani Philonis est, nominat Joachimum filium Jesu, qui Josedece, et placet Reineccio, tom. 2, f. 275. Tertia, viros magis synagogæ profert, quam docet R. Moyses Camius lib. *Darthe Teschon hacodesch*. Et mirum, magnum illum in Angliâ Calvinianorum magistrum, Bellarmini allatratorem, opinionis hujus ignarum esse, dum controversiâ 4, c. 8, argum. 1, scribit, « auctorem hujus libri fuisse, aut Esdræ, aut Joachim sacerdotem, aut ipsum Mardocheum docti statuunt, aliam nesciunt. » Quarta, eum ipsum qui tantas hoc libro commemoratas res gessit, omnibusque adfuit vel potius præfuit, Mardocheum libri ejusdem auctorem censet, in quâ quidem sententiâ, præter eos de quibus infra, ego, si addatur *opera aliquid etiam cum ipso Mardocheo contulisse Estheram*. Et de Mardocheo quidem testantur hæc. Primum cap. 9, vers. 20: *Scriptis itaque Mardocheus omnia hæc, et litteris comprehensa misit ad Judæos. Ubi significatur totam historiam seriè à Mardocheo scriptam fuisse; deinde missam ad Judæos omnes, idque cum litteris, quas ad eosdem dabat, præcipiens et adhortans, ut festum quotannis diem agerent, liberationisque suæ memoriam omni letitiâ et honore celebrarent. Ad hoc enim faciendum, magne*

cohortationis instar, erat accurata eorum omnium, quæ contigissent, cognitio, et literata quotannis lectio, cumque semel ista misisset, licet alias adhuc postea literas mitteret v. 29, non amplius historiam, sed præceptum tantum et hortationem misit. Accedit Latinus noster interpres, qui v. 26, hanc planè sententiam è superioribus verbis collegit, et ita expressit: *Cuncta quæ gesta sunt, epistola, id est, libri hujus volumine continentur*, aut, si fortè, ut in Græco est, verterit: *Cuncta quæ gesta sunt, epistola hujus volumine continentur*, idem semper intelligitur, præsertim si advertas in cunctis quæ hæc epistola continebantur, fuisse quæ sustinuerint Judæi, quæ deinceps immutata sint, id est, quæ mutatio ipsorum miseras et calamitates insecuta sit. Alterum, c. 12, v. 4, in Latino, sed in Græco c. 1: *Μαρδοχαιος ἔγραψε πρὸς τὸν Ἰσραὴλ τοῦτον, Μαρδοχαιος scriptis de hisce narrationibus, vel, ut legi posset, πρὸς τὸν Ἰσραὴλ τοῦτον, Mardocheus scripsit de his narrationem hanc, quemadmodum paulo ante dicitur, ἔγραψεν ἡ βασιλὶς τοῦ Ἰσραὴλ τούτου ἕως ποικίλων, scripsit rex verba istas narrationes istas in monumentum, vel ad memoriam. Licet enim de somnio et insidiarum de quibus infra, detectione, ipsum tantummodo scripsisse hinc ellici posse videatur, nihil tamen impedit quin ea verba latius pandantur, cum quæ istorum, eadem et aliorum ratio sit. Et verò ex istis et superioribus verbis simul junctis, tota penè scriptio hæc ab illo profecta ostenditur. Quid enim præter ea quæ periculum antecesserunt, ipsumque periculum, et ejus cum instantis, tum depulsi causas modesto, continet? Tertium mihi argumentum ab plurium doctorum assensu ducitur, Christianorum et Judæorum. Nam ita senserunt Lyranus, Carthusianus, Ferventius, Moyses Hispanus, R. Abenezra, isque, si libeat, adjici possint Vatablus Genevensis editionis, et Joannes Drusius. Quod à me verò de Estherâ, quâsi et hæc aliquid, hoc in commentario, unâ cum Mardocheo laborasset, additum, clarè astruit Grævus textus, cap. 9, paululum, quod in Latino est constractus, dilatans: *καὶ ἔγραψεν ἔσθηρ ἡ βασίλισσα, ὑποτάξας δαυδάδῳ, καὶ Μαρδοχαιὸς ὁ ἑσδαῖος, ἡ ἡσθηστροφία, τὸν στήριγμα ἡσθηστροφίας φερουσι. Et scripsit Esther regina, filia Aminadab, et Mardocheus Judæus, quæ fecissent, ipsamque confirmationem epistolæ ipsorum Pharaonim; de quibus suo loco.**

III. Qui interpretes?

Si de his qui Græcè aut Latine verterunt, agatur, sic habeto. Ante D. Hieronymum, fuisse cum Græcos, tum Latinos translatoros jam

visuos, uti tradit ipse epist. 112. Et Græci quidem fuerunt *septuaginta interpretes*, ut ab eodem ibidem ostenditur tam in principio, cum vulgatum editionem nominat, quam sub finem, itaque in notulis huic libro attestatis partim Lysimachus, de quo infra, cap. 11, ipse tandem Hieronymus, *de archiepis Hebræorum librum istum revelans* (sic enim Biblia Regia melius legitur, quod in Romanâ, Basileensi et Antwerpensi D. Hieronymi editione est *relevaris*) *verbum è verbo transtulit expressius*, prout loco jam citato ipsemet loquitur. Si verò, qui exposuerunt, querantur, est apud Cassiodorum lib. 1 Divin. lect. 6, Bellator, Rupertus lib. 8 de victoriâ Verbi, Rabanus, quoad allegoriam, ut in Judith, Lyranus, Hugo, Carthusianus, Ferventius. At addi potest Hebræicus *Rernsch* seu *Expositio*, quæ separatim Venetiis, ditæ auctore Gaone, seu Rabino Eliâ Gelico, itemque Josephus Gorion editionis Basileensis lib. 2, à cap. 1 usque ad capitis 5 medium, ubi Alexandri Magni res gesta incipiunt. Gorion verò editionis Cracoviensis unico quidem libri primi cap. quarto, sed benè longo; et Josephus Flavius lib. 11, cap. 6. Vidi etiam aliquando de Esther et Assuero sermonem in veterè Bibliotheca reverendissimi Herbipolensis manuscripto codice.

IV. Quæ auctoritas?

Lutherus, *Synopsiacorum* cap. 69, fol. 580: « Ego, inquit, adè librum hunc (secundum Machabæorum) et Esther odi, ut vellem nullo modo exstare. » Loquitur verò seriò de libro, prout Hebræicè jam legitur. Cum enim ista diceret, objecit ei, qui Hebræicam litterarum peritus habebatur et aderat, M. Forsterus, fieri ab Hebræis librum illum maximi, et quidem pluris quàm Danielem et Isaiam (1), neque se ille aut de quibusdam tantum ejus parvibus loqui, aut aliud quidquam responderet. Hancque Lutheri vocem, tanquam oraculum accepisse videntur illi quos, magnum in Lutherianorum scholis consecutum nomen, Reinecius tomo 2, fol. 42, refert, jam reperiri, qui eandem hanc Estheris cum Judithæ historiâ suspensuram, sic ut in tragicomediam versa sit: « Nam cum, ut ait, facta à Judæis

(1) Ejus præstantia concedere aiant ipsa Daniels et Isaiæ scripta. Addunt omnes propheticis et agiographis libros in adventu Messias fore abolendos, unico tantum libro Estheris superstite, cui parem cum libris Moysis æternitatem asserunt. Licet autem veterum gentis malorum ne memoria quidem pervegitare ultra illud tempus debeat, sua millominus solemnitas festo Sortium stabunt; stabit et lectio ejus libri ex oraculo Estheris 9, 28: *Isti sunt dies, quos multa unquam delebit oblitio.* (Cahmet.)

caedes admodum invidiosa esset, eam viro docto alicui, personis et circumstantiis aliis representare placuisse, donec tempore ipso, canibus extraneorum mitigatis, à Joachino pontifice, qui idem dies Phurim insituerit, cum historiâ relicta esset. » (1) *Audimus* verò in

(1) Grotius hæc, ut vocat, *Estheris additamenta* censet esse rhetorica exercitia piorum Hellenistarum, qui orandis veris historicis ea scripsere, quæ illis temporibus probabiliter fieri, aut scribi poterant; hæc libris addita aut injecta, quia nihil mali continebant, auctoritatem eum tempore accepisse; hæc additamenta videri opus Eroselyti. Hanc opinionem mox refellens. (Natalis Alexander.)

Bauer et Seiler autant substantiam libri esse veram historiam, quæ vagis traditionibus et veterum historicorum dictis non aucta fuisse.

(Jassens.)

« Le livre d'Esther, dit Voltaire, est un roman sans vraisemblance. » Nous avons eu hébreu le livre d'Esther, reçu unanimement des Juifs et des Chrétiens. Les Juifs l'ont toujours compris dans le catalogue de leurs Livres sacrés, composé de vingt-deux livres, selon Joseph, Origène, le concile de Laodicée en l'an 366, saint Jérôme, comprenant le livre d'Esther dans les vingt deux que les Juifs admettaient; à il est cité par saint Clément de Rome et par Clément d'Alexandrie, Joseph, dans le livre que nous venons d'indiquer, dit expressément que ce canon ne contenait que les livres qui ont été écrits depuis Moïse jusqu'à Artaxerxès. Dupin prétend que les livres écrits sous le règne de ce prince ne sont pas compris dans le canon des Juifs; mais il est contraire en cela à Joseph et à ce canon même, puisque la succession des prophètes Zacharie, Aggée, Malachie et celle de Néhémie, tous compris dans le canon des Hébreux, s'étend jusqu'au règne d'Artaxerxès indubitablement. Ce canon existait avant le livre de l'Écclésiastique, puisque son auteur y comprend les douze petits prophètes. Or l'auteur du livre de l'Écclésiastique vivait du temps de Prothée, fils de Lague, comme nous le verrons en son lieu. D'ailleurs il est constant, par différents textes du livre d'Esther, qu'elle eut pour époux un roi de Perse, en sorte que le livre qui porte son nom a peut-être été inséré dans le canon des livres hébreux avant sa mort. Or, nous le demandons, à qui persuadera-t-on jamais qu'une histoire faite à plaisir, qu'un roman allégorique, ait pu être adoptée par tant un peuple comme un monument historique, dans le temps même où cette fausse pièce venait d'être fabriquée?

Ce n'est pas tout: les Juifs, de concert avec Esther et avec Mardochee, établirent en mémoire de leur délivrance une fête qu'ils firent au quatrième du mois adar. Cette fête, qui est encore marquée dans le calendrier des Juifs, se célébrait non-seulement du temps de Théodose le Grand, qui fit à ce sujet une loi insérée dans son code, non-seulement du temps de Joseph, qui en rapporte l'institution à Esther et à Mardochee, mais encore du temps de Judas Machabée. Cette fête était même établie à Jérusalem avant le temps des Machabées, comme on le voit encore dans Joseph. Entrera-t-il jamais dans la tête des personnes sensées qu'une fête qui se trouve généralement observée chez les Juifs à la fin du siècle qui a suivi celui où commença le règne de

Judith principis, quod apud novatores istos loco historia illa, quam cum ista jam confundi vellent. Videtur tamen Lutherus postea suum illud iudicium et votum stultitiæ damnasse, dum in præfatione suæ versionis, decimi tantum capituli partem à versu 4, et quæ deinceps in Latino sequuntur, capita rejicit, hæneque ferè sententiam retinens hodiè cum Lutherani alii, tum Calviniani apud Wittakerum, controversi. 1. quæstion. 1. capite 8, libro contra Campianum et contra Duram. Joannes etiam Drusus, lib. 8. Animadv. cap. 16, vult iis non aded multum tribui, etsi in notis additiones apocryphas non raro appellat, sicuti et Catholicorum nuper pauci, eadem, de quibus postea (4).

Duo breviter statuo : Unum, capita priora decem, usque ad decimi versum quartum, esse canonica. Probatur à Bellarmino lib. 4 de Verbo Dei, cap. 4, et adduci ferè possunt quæ pro Tobii et Judith allata sunt. Satis jam sit Ecclesiæ in Trident. sess. 4, definitio, et Hebræorum omnium sententia, tam recentiorum, de quibus supra Forsterus aiebat, quam veterum, de quibus Josephus lib. 4 contra

dù arriver l'événement qui a donné lieu à son institution, n'a d'autre fondement qu'un roman? Au reste ce sont les anabaptistes qui ont fourni à Voltaire cette idée extravagante. (Duclot.)

(1) Historiam Esther commentitiam ac fictitiam esse Anabaptistæ ac Lutherani quidam ipse asserunt. Probatur primò ex Hebræorum Canone, in quo liber Esther locum habuit. Item ex solemnibus plurim diebus, quos à Judæis per multa secula religiosè observatos constat ex 2 Machabæorum 15, 37, et ex codice Theodosiano 1. Judæos, ut. de Judæis. Nemo autem sanæ mentis sibi persuaserit festi hujus religionem et anniversariam celebritatem ex fignento aut tragicomodiâ originem habuisse. Tertio, ex Græcâ editione 70 Seniorum, qui eos duntaxat libros interpretati sunt, quos Hebræi in Canone habebant. Quarto, ex Josepho qui, libro 11 Antiquitatum cap. 6, hæc historiam inseruit, cum tamen professus sit non semel ea duntaxat narraturum, vel narrasse, quæ in sacris Hebræorum libris habentur. Quinto, ex traditione et Ecclesiæ iudicio, quæ hunc librum semper ut canonicum habuit, ut constat ex sacrorum librorum Canone descripto ab Origene in Expositione Psalmi 1, apud Eusebium lib. 6 Historiæ ecclesiasticæ cap. 25; S. Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphânio libro de Mensuris et Ponderibus, cap. 28; S. Joanne Damasceno lib. 4 de Fide orthodoxâ, cap. 18, ab Ecclesiæ etiam Latini Patribus, summis pontificibus et conciliis, scilicet S. Hilario Præfatione in Psalmos, S. Hieronymo in Prologo Galeato, Epistolâ ad Paulinum, et Præfat. in librum Esther; S. Augustino lib. 2 de Doctrinâ christiânâ, cap. 8; à concilio Laodiceno, canone ultimo; Carthaginensi III, canone 47; Innocentio I, Epistolâ ad Exuperium Tolosanum episcopum; Gelasio I, in synodo Romanâ, etc.; tandem ab Eugenio I, in decreto pro instructione Armerinorum, et à sacrâ synodo Tridentinâ, sessio- ne 4. (Natal. Alex.)

Apionem, Athanasius Synopsi, Epiphânus hæresi 29, ubi à Nazariis etiam Hebræicè legi narrat, citatque passim Rabbinos complures Rabbi Elisæus in eâ quam supra memoravi expositione.

Alterum : Quod in eodem capite decimo à versu quarto residuum est, et quæ sequuntur capitula omnia, canonica sunt (1). Probatur primò : qui, præter D. Hieronymum, veteres librum hunc approbârunt, de eo, prout in editione vulgatâ, quæ Ecclesiæ est, erat, loquebantur. Sed cum istis omnibus erat, uti D. Hieronymus ad eâ ipsa capita commonet, Græcæque hodierna, et Athanasii Synopsis testatur. Ergo. Secundo, approbârunt eadem concilium Laodicenum cap. 59, Carthaginiense cap. 47; Origenes in Psal. 4, apud Eusebium lib. 6 Histor. cap. 25; Cyrillus catech. 4; Damascenus lib. 4, cap. 18; S. Hilarius in Psal. 4; Innocentius primus epist. 5; Rufinus in Symbolo; S. Augustinus lib. 2 de Doctr. c. 8; Alcimus ad sororem. Tertio, ex iis ipsis capitibus non secus quàm è sacris literis testimonia laudant D. Chrysostomus homil. 3 ad populum (2), Augustinus in Psal. 51, epist. 199 (5), D. Ambr. 3 Offic. 15; D. Basi-

(1) Vetera concilia et Patres omnes, cum Græci, tum Latini, qui librum Esther in sacrum Scripturarum canone recensent, eo de volumine loquuntur, quo tum ipsi, tum Ecclesiæ universa illorum temporibus utebantur. Porro legebat Ecclesiæ libros sacros juxta editionem quam S. Hieronymus passim vocat *Vulgatam, quæ Græcorum lingua et litteris continetur.* At Editio Græca 70 Interpretum septem postrema capita habet, eaque ex Hebræo illos esse interpretatos probat summa ipsorum in vertendo fidos : igitur et olim in Hebræo exemplari fuerunt septem illa postrema capita, et Ecclesiæ semper illa pro canonicis habuit. (Natal. Alex.)

(2) « Fuit quædam mulier Hebræa, Esther erat ipsi nomen. Hæc Esther universum Judæorum populum intermissione delendum sic scripuit : postquam Persarum rex omnes pacisum Judæos interimii jussit, et nullus erat qui contra iram illius obistere posset; splendor diodiore vestitum exuta mulier, et athena amicta, et cinere substrato, divinæ clementiæ supplicat, ut secum ad regem ingrederetur, et talia orans verba ad ipsum dabat : *Grata, Domine, fac verba mea, et da sermonem ornatum in os meum.* Hæc et pro magistro nos nunc Deum orems. Si enim mulier pro Judæis supplicans barbaricum colubera iudicium potuit, multo magis doctor noster pro tali civitate, et cum tantâ Ecclesiâ supplicans, benignissimum et mississimum hunc regem flectere poterit. » (Natal. Alex.)

(3) « Nempè, inquit, apud patres, Esther illa regina Deum times, Deum colens, Deo subdita, marito regi alienigenæ non eundem secum colenti Deum, tamen subjecta serviebat; quæ cum in extremo periculo, non suo tantum, sed etiam gentis suæ, qui tunc erat et populus Dei, Dominò prostereretur orando, et in ipsâ oratione suâ dixit, ita sibi esse orna-

lus 1. 2 contra Eunomium ; D. Hieronymus in cap. 1 Galat. ; Alexander pontifex ad omnes orthodoxos. Quarto, ex seriâ Origenis probatione. Epist. ad Julium Afric. (1) : « Vide, ait, ne imprudentes et inscientes abrogemus exemplaria quæ habentur passim in Ecclesiis. » At ejusmodi sunt exemplaria, in quibus et jam et olim, ut ex dictis patet, capitula hæc fuerunt. Quinto, ex Tridentini concilii sess. 4, hæc verbis : *Si quilibet ipsos integros, cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesiâ catholicâ legi consueverunt, et in veteri Vulgatâ Latini editione habentur, pro sacris et canonicis non susceperit, et traditiones prædictas sciens et prudens contempserit, anathema sit.* Hinc ergo argumentor dupliciter : primò, dum ait, cum omnibus suis partibus, scilicet ut in Daniele, Marco, Lucâ, Joanne, in quibus ea de quibus nonnulli olim controversati sunt, approbatur. Et nisi concilii mens ista foret, nonne ridiculus esset aporismus, totum aliquid laudare et de ipsius partibus addere? Quomodo enim sine partibus aut illud constare, aut probari possit? Deinde dum subdit, *prout in Ecclesiâ legi consueverunt*, ut omne scilicet lucifugis et contentiosis insidiis effugium obstruat. At videmus in Ecclesiâ legi ex cap. 15, feriâ 4 post Dominicam secundam Quadragesimæ, indidnem que in Missâ contra Paganos, et ex capite 12, Dominicâ 21 post Pentecosten. Unde Rupertus 18 de Victoriâ cap. 12 : « Sacer, ait, Ecclesiæ chorus, per singulos annos statutis diebus, declamat ante Dominum, in personâ illorum (scilicet Judæorum) : *Everte cor ejus, scilicet regis, in odium repugnantium à nobis, nos autem libera in manu tuâ*; » ex capite 14, vers. 11, 14, 19; et lib. 12 de divin. Offic. capite 25, ex capite 14, vers. 13 :

« tum regium, sicut panium menstrualem : et ita orantem confestim exaudivit, qui cor- dis inspector cum verum dicere scivit. » Laudat eundem locum Enarratione in Psalmum 51. (Natal. Alex.)

(1) Editionis Rodolphi Westemii : « In multis aliis, inquit, sanctis libris invenimus, ut alicubi quidem plura apud nos exstarent, quam apud Hebræos; alicubi vero pauciora. » Exempli gratiâ, cum non omnia possint simul comprehendi, pauca exponemus : videlicet ex libro Esther, ubi nec preces Mardochei, nec Estheræ (quæ legentem edificare possunt) apud Hebræos habentur; sed nec Epistolæ, vel Amani de deletione Judæicæ gentis scriptâ, vel Mardochei sub nomine Artaxerxis, eundem populum à morte absolventis. Idem tom. 2 in Joannem ex cap. 14 hujus libri nonnulla præferens, ait : « Quin Mardocheus etiam in libro Esther juxta Septuaginta, non existentes vocat inimicos Israël dicens : *Ne tradideris sceptrum tuum, Domine, non existentibus.* » Eundem locum proferit S. Basilus lib. 2 contra Eunomium, p. 57 : « Et sapientissima Esther : *Non tradas, Domine, sceptrum tuum ita qui non sunt.* » (Natal. Alex.)

« Esther, ait, pro temperantiâ ponitur, quæ repudiata ob arrogantiam Vasthi regina in regnum subrogatur. Nam ipsius temperantiæ hoc iudicium est speciale, quod leonem illum, de quo ipsa ad Dominum dicit : *Et da mihi gratiam in conspectu leonis, id est, Asæveri regis ;* in mansuetudinem convertit, ejusque edictum instinctu Aman intemperantissimè superbientis et genus Judæorum perdere cupientis, in consolationem suâ (stirpis transtulit.) Sexto, ex argumentorum, quæ obijciuntur, solutione.

Contra posteriores hujus libri partes argumenta proponuntur et solvuntur.

Sunt apud Wittakerum, quibus posteriores libri hujus partes oppugnantur, argumenta quatuor. Primum : In posterioribus capitibus eadem quæ in prioribus repetuntur. — Respondeo, hoc ipso è prioribus confirmari posteriora, et contra, è posterioribus priora. Si confiteri tamen ex istâ ratione quid possit, est videri auctorem non unum esse, quod antea concessum est. Alterum : sunt isto in libro quæ parum vera et consona videntur. — Respondeo primò, quidem esse hunc hæreticis morem perpetuum, ut libri alicujus auctoritatem elevaturi, omnia, quæ illi contineant, diffidilia colligant, ut quia non à quolibet statim explicari ea possunt, falsa omnia iudicentur. Deinde, peto ut singula suis locis reservare liceat, ne ante explicationem explicare omnia oportet. Do tamen hæreticis istis, hæretici à Bezâ præfatione in novum Testamentum, laudati sententiam, hoc ipso libro, de his ipsis difficultatibus, consignatam. « Nescio, ait in cap. 3, fol. 93, Joannes Drusus, quid recte fiat ab hominibus eruditissimis, qui additiones Esther falsi crimine imponunt ex loco tam dubio et controverso. » Loquitur scilicet de insigni illâ difficultate, quomodo fuerit Aman Macedo, de quâ suo loco infra. Tertium : Ista in Hebræo capta non sunt, nec verisimile existidisse. — Respondeo : Cur, quæso, non verisimile? An integros libros excidisse fatentur hæretici, particulas excidere potuisse nega vunt? Licet verò è cap. 9 Drusii ejusdem verba istis obijcere, dum istud exponit, *Epaxa et; no Bædov.* Existimant, inquit, fuisse librum vulgò ejus ætatis notum. Quod si ita est, intercidit cum aliis, ut liber Recti, et Salomonicæ, Medras Iddo, liber Belorum Domini, An-nales regum Israel. » Sed Origenem loco citato potius audiamus, qui hoc ipsum, quod Wittakerò incredibile videtur, verisimile asserit. Et Flavius Josephus libro 11, cap. 6, Asserit Epistolâ citat, cum lib. 10, cap. 12, è fontibus Hebræis haurire se profiteatur, et lib. 4,

pleraque refert Hebraeus Gorion Cracoviensis, de quo supra. Quartum: Catholicorum quidam explicabam, ne unius aut alterius, D. Hieronymus (1) præfatione in hunc librum: Rabbanus eisdem in præfatione, et sub finem Commentariorum cap. 10; Lyranus, Hugo, Burgensis Addit. 2, cap. 5 et 7; Sixtus Senensis (2) lib. 1, et Cajetanus in hunc librum. — Respondet, hocse posteriores D. Hieronymi esse auctoritatem secutos, Hieronymum verò Hebraicum, qui tum erat, contextum (3). Neque

(1) En ipsius verba: « Librum Esther variis et translatoribus constat esse vitiatum; quem ego de archivio Hebraeorum revelans, verbum e verbo, expressis transtuli. Quem librum edito Vulgata latinitate hunc inde veriorum sinibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, et audiri, sicut solitum est scholaribus discipulis, sumpto periculum, excogitare quibus verbis sui potius qui injuriarum passus est, vel qui injuriam fecit. » (Nat. Alex.)

(2) Hæc additamenta sicut hæc demerita? Communis sententia est hæc additamenta esse partem secundi canonis; ast Sixtus Senensis Bibliotheca sacra, t. 1, dist. § 6, p. 22, 25, apocryphis accenset, et scribit: « Sed venit hoc loco in mentem simul adnotare et adhortari pium et benevolam lectorem, ut ne temeritas arguat, quod hæc septem et postrema capita à canonicis Scripturis avulsas, in hunc ultimam apocryphorum ordinem redelegerim, ut si oblitus sum decreti sanctæ synodi Tridentinæ, quod sub anathematis et interminatione recipi jubet omnes libros integros, prout in Ecclesiâ catholica legi consueverunt, et in veteri Vulgata Latina editione habentur; est enim canon ille intel-

ligendus de veris et germanis partibus quæ ad librum integritatem spectant, non autem de leceris quibusdam appendicibus et panosis additamentis, à quovis incognito auctore temerè appositis et utiqueque insutis, quæ sanè sunt loquissimè ultima capitula, que non solum Hugo Cardinalis, Nicolaus Lyrensis, Dionysius Cartusianus, cæterique recentiores interpretes negant esse canonicæ, sed et divus Hieronymus à toto Esther volumine posset eam vitatam partem, et latinitatis, ut ipsius dicitur, veriorum sinibus confiditiam ex his quæ ex tempore dicit et audiri poterant, sicut solitum est scholaribus discipulis, sumpto periculum, excogitare quibus verbis sui potius qui injuriarum passus est, vel qui injuriam fecit. Origenes quoque in Epistola ad Julium Africanum, hæc eadem additamenta excludit. » De his cullibet liberum esto iudicium: librum tamen Sixti Senensis, Benedictus XIV à Milante sibi dedicatum accepitavit. (Iahn.)

(3) Respondetur S. Hieronymum ex Hebraeorum magis sententiâ quam sua ita locutum, ut studium laboraque summi commenderet, ac suæ ex Hebræo versionis utilitatem demonstraret; cæterum in Commentario Epistolæ ad Galatas cap. 1, ipsum laudare vult Scripturæ canonicæ testimonium versum il. 14, capitulis 14 libri Esther: *Ne tradas, Domine, scripturam tuam his qui non sciunt*. Quem locum et Origenes, et S. Basilus antea laudaverant; et S. Joannes Chrysostomus testimonium ex eodem capite depræsumperat, quod et S. Augustinus fecit. Et si ex propria mente

paucorum iudicium synodo œcumenicæ elicere quidquam potest, quam idcirco paulo diligentiùs explicabam, ne unius aut alterius, ad eam synodo posteriores fuerunt, temeritate, fas quisquam deinceps putet, quod nefas (1).

S. Hieronymus postrema illa capita fuisse ab interpretibus assuta dixisset, privatè ipsius opinioni (quæ mihi nobis sit inprimis veneranda S. Hieronymi nomen) Ecclesiæ catholice auctoritate jure merito opponeremus, quæ libros omnes Scripturæ sacræ prout in septuaginta Interpretum Vulgatæ olim editione habentur, canonicos habuit ab Apostolorum temporibus; et in concilio Tridentino, sessione 4, libris canonicis recensitis, illos omnes anathemate confixit. (Nat. Alex.)

(1) Tenere igitur in unâ de notis præcedentibus labium liberum cuique iudicium relinquere de illorum additamentorum canonicitate, cum ait: *Nec putandum est Benedictum XIV et Sixti Senensis sententiam prolavisse, cum et hunc librum à Milante sibi dedicatum accepitavit.* (Fiduciosus.)

Frustra verò Sixtus noster Senensis synodi Tridentinæ iudicium alienum in sensum detorqueat, ut à temeritate notâ se liberet, canonem illum intelligendum esse respondens « de veris ac germanis partibus que ad librum integritatem spectant, non autem de leceris quibusdam appendicibus, et panosis additamentis, à quovis incognito auctore temerè appositis et utemque insutis, quæ sunt à huiusmodi capitula. » De illis enim partibus Tridentinus canon intelligitur, de quibus non velut ab hæreticis controversa; alioquin decretum inutile fuisset ac superfluum, cum additum tum non possit ab aliis partibus ipsum componitur. Præterea, si legitima esset Sixti Senensis exceptio, via hæreticis aperiretur ad rejicienda quæ vellent sacrorum librorum capita. Tertio, concilium dicit devotè eos qui libros integros non recipiunt, cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesiâ catholica legi consueverunt. (Nat. Alex.)

Jam quia hæc fragmenta consistunt non esse ejusdem auctoris, ac liber Esther Hebræicus, multus fuit Ludovicus Capellus in eo ut probaret nihil hæc esse præter fabulas Græculi cujusdam scriptoris; cujus Lud. Capelli præcipuum argumentum erat, pugnas plurimas esse eorum fragmentorum cum libro Esther Hebræico. Nos eas pugnas facillè tolli posse credimus; præsertim si attendatur ad Græcum contextum. Nimiam ex interpretatione Latina oriuntur pleraque illæ pugne, quæ reprehendit Lud. Capellus. Sed nobis est ad singula respondendum: Capite 10, versu 6, hæc reprehendit Lud. Capellus: « Segmentum quod habetur cap. 10 de interpretatione somnii Mardochei, ejusdem est cum præcedentibus fariarum, una cum ipso somnio; nempe utrumque somnium est negatæ fortis Græculi, qui additamenta illa omnia commentus est. Quid autem illud est v. 6: *Parvus fons... in lucem solentem conversus* ? Mirum verò valde, qui fons in solem et lucem aptè dici possit conversus, et accommodatè datè ad rerum illarum naturam; nam veritè eundem parvum fontem, seu exrescere eum ingentem fluvium facillè concipi potest; ac fontem conversum esse in lucem et in solem animo concipi non potest, nec dici, nisi per absurdum et perridicule. » Invehitur Lud. Capellus in Græculum nugatorem, qui

V. Quis ejus in Bibliacis ordo?

Hebræi omnes ipsum in eo divinarum ordine collocant, qui *aglographorum* dicitur. Va-

tamen non dicit fontem mutatum esse in solem; nam Græci dicunt: *Et lumen erat et sol, et aquæ multæ*, non autem... *sol aquæ multæ*, quasi diceretur: *Sol factus est in aquas multas*, quæ sententia erat talis: quo tempore apparuit in somnis fons parvus qui crescebat in flumen, luxisse solem, et visas fuisse, sole radiante, aquas multas ejusdem fontis, qui jam flumen erat. Vide eandem sententiam c. infer. versu 11.

Capite eodem, versu 10, Vulgatus convertit: « *Et duas sortes esse præcepit...* » Quid hoc monstrat? (inquit Lud. Capellus.) Nempe collidit ad duas dies Pharium; subdit enim: *Veniit utraque sors in statutum diem.* At tum quis erit sensus illorum verborum? *Deus præcepit duas esse sortes, unam populi sui, alteram sanctarum gentium.* An hoc vult? Quomodo hæc sunt dies Pharium, quæ à Judæis observantur, ita Deus universos homines in duas partes veluti sorte dispescuit, in Judæos nempe et gentiles. At verò quàm ridiculam et insulsam, quàmque ineptè arguam illi esset? Mirum protectò Lud. Capellum, cum impugnet *nugatorem Græculum*, hinc licet movere; non ex ejus verbis Græci, sed ex Latinâ, nec bonâ interpretatione, Græci non dicunt: *Deus præcepit esse duas sortes, sed fecit duas sortes*, nempe in somnio. Nam hoc versu 10 somnium enarratur, in quo Deus videbatur facere duas sortes, unam pro Israel, alteram pro gentibus. Deinde subditur, versu 11, somnii interpretationis hæc verba: *Utraque sors in statutum diem*, nimirum in Judæos salubris, in gentes interfectionis. Per adverbium *statim*, vel *propterea*, fit continuatio loci narrandi, quasi diceretur: *Liberavit Deus populum suum*, etc.; versu 9: *Propterea fecerat in visu duas sortes*, ut eis sortibus adumbraret salutem populi sui mox futuram, gentium autem eadem.

Capite eodem, versu 11, ubi convertit Vulgatus: *Veniit utraque sors*, Lud. Capellus: *Tum quid sibi, inquit, voluit ista: Venit utraque sors in statutum die illo jam tempore diem?* Quis iste status dies? Arbitror, decimus quartus dies mensis adar, in quem sorte ab Amano projecta, cedes Judæorum est destinata. Et quomodo tum utraque sors? Judæorum et gentium venit in illum diem? An quia dies illa, quæ primò futura erat incerta Judæis, legi gentibus, postea contra cecidit, ut esset levis Judæis, luctuosa vero gentibus, qui à Judæis eâ die interfecti sunt? Illic sensus valde coactus esset. Tum juxta hæc sensum significat illa verba: *Ex illo jam tempore?* Quodnam erat illud tempus? At fortè hæc est illius nugatoris mens: *Veniit utraque sors in statutum die illo tempore diem*, hoc est, ab eo tempore quo Judæi liberati sunt à machinatione Amanis, dies illi Pharium observati sunt à Judæis in 14 et 15 diem adar. Sed non tum eo sensu sortem accipit quo prius cum diceret: *Præcepit Deus duas esse sortes...* Arguunt ista hominem pueriliter et ineptè argutulum. Ad eundem lapidem alludit Lud. Capellus, nempe ad vitiosam Latini scriptoris interpretationem. Græci dicitur: *Et venire duas ille*

riant tamen tripliciter. Nam à Thalmudicis post Threnos ante Paralipomena statuitur, à Massoretis post eodem Threnos, sed ante Danielelem et Esdram; à Germanicis Judæis, post

sortes ad horam et tempus et diem judicari. Atque eodem sortis intelligitur, quæ fecerat Deus in visu somnii. Ambe sortes venire in Judæos et in gentes, tempore eo quo Deus judicaturus erat gentes Judæis inimicas. Nihil hic dicitur de sortibus Pharium, quæ memorantur versu 15, ubi dicitur: *ideo dies Pharium Judæos esse celebraturos*, quia Deus sortis ad duxerat in gentes et in Judæos, sicut in somniis visæ fuerant.

Capite 11, versu 2, ubi legitur: *Anno secundo, etc.*, Lud. Capellus: « Juxta segmentum illud Mardochei anno secundo Assueri jam erat inter primos auctæ regis... At ex cap. 2, v. 19, liquet Mardocheum non primum esse inter alios domesticos, nisi postquam Assueri jam annum nuperat... nempe post septimum Assueri annum. » Facilis responsio est, per *annum secundum* regni Artaxerxis notari annum eundem quo somnium vidit Mardocheus, non autem annum quo *in antea ministrabat*, ut neque quo *habitabat in urbe Susis*; quippe hæc est orationis series: *Anno secundo Artaxerxi... Mardocheus vidit somnium: ille autem fuit vir magnus... habitans in aula regis*, in qua serie planum est annum secundum antecedit ad unum somnium.

Capite eodem, versu 4, ubi legitur: *Ille erat de numero captivorum*: « Si hoc segmentum (inquit Lud. Capellus) verum est reliqui libri e membrum, quod unum fuit cap. 2, 5 et 6, Mardochei genus et stemma repetere, et antenotare eum fuisse cum Jeconia Nabuchodonosore translatum Babylonem; siquidem id ipsum jam ante in supposito isto lignento (cap. 1 Græceditionis) fuerat annotatum? Conceditur Capello id segmentum non esse reliqui libri Esther membrum; an propterea est *segmentum*? Hoc unum reprehendere debuit Capellus, quod hoc fragmentum fuit in cap. 1 Græcæ editionis libri Esther alatum, nempe ex aliis monumentis. Nam, ut ait Hieronymus, initio præfationis in Danielelem, *librum Esther variis translatoribus constat esse vitiatum*. Dicit Hieronymus, variis translatoribus, non autem *fabulatoribus*; et vitiatum idem est, ac *interpolatum*; hoc est, cum vari interpretes historiam Esther ex variis libris Hebræicis transtulissent, fuisse conjecta in hunc librum quædam, quæ ab aliis scriptoribus memorata fuerant, in libro verò Esther omissa. Hæc autem addita fuerant, velut fragmenta, ad caecum libri, deinde male inmissa in Græcum contextum.

Capite 12, versu 1, ubi Vulgatus habet: *Morabatur autem eo tempore, etc.*; « Segmentum tum, inquit, illud narrat detectas à Mardocheo eunuchorum insidias anno eodem, et nempe secundo Assueri. Nam, dicit, c. 12, v. 1: *Morabatur autem eo tempore, nempe anno illo secundo Assueri*, quem annum notaverat, cap. 12, v. 2... At secundum verum Esther librum, insidie illæ non sunt eâ Mardocheo detectæ, nisi postquam Esther Assueri jam erat in matrimonio juncta. Mardocheus enim, cum regi nondum ita esset notus et familiaris, ut eum recitæ compe llare eâ de re posset, vel auderet, insidias illas Esther revelavit; Esther verò regi Mardocheo nomine, cap. 2, v. 22, adhuc argumentatur Capellus contra nugatorem Græ-

Ecclesiastes, ante Danielem Esdram, Paralipomena. Nostorum quidam recensent ante Judith, uti Athanasiana Synopsis, Cassiodorus cap. 6 et 14, divin. Lectionum, Augustinus

culum ex interpretatione Latina, non ex Graeco exemplari; nempe addit Latinus interpres, eo tempore. Nullam temporis notam assignat Graecus scriptor Mardochæo consilia eunuchorum revelandi.

Capite eodem, versu 5, ubi, *dedit ei munera*: « Affirmat, inquit, cap. 12, v. 5, data esse Mardochæo à rege munera, pro revelatis insidiis. At Estheræ libri cap. 6, v. 5, dicitur affirmat nihil mercedis Mardochæo esse datum. » Eum Estheræ locum non recte interpretatur Capellus. Quasi erat rex quid honoris et gloria tributum fuisset Mardochæo; cui alicui ex regis sententiâ responderat, non, *nihil est ei datum, sed nihil factum est cum eo*, seu nihil ei honoris attributum est; vide nota nostram in hunc locum. Data fuerant Mardochæo munera; non fuerant concessi honores, quos ei postea rex concessit ex consilio Aman, pro tanto in regem beneficio.

Deinde versu 7, *Erat tum Aman*: « Dicit Amanem jam tum fuisse apud Assuerum gloriosum et... Mardochæo fuisse infensum ob detectas à Mardochæo eunuchorum insidias... At ex genuino Estheræ libro, c. 5, v. 1 et seqq., constat Amanem non fuisse exaltatum, nisi post detectas illas eunuchorum insidias, neque ed de causa fuisse illum Mardochæo infensum, sed idem quod illi non assurgeret. Itaque nec ipsi sibi constat impostor ille, nec illi cum germano Estheræ libro convenit. » Capite 3, versu 1, legitur: *Post hæc* (hoc est, post eunuchos morte multatos), *rex Assuerus exaltavit Aman...* et *posuit solum ejus super omnes principes quos habebat*. Ex quibus verbis colligit Capellus non antea fuisse Aman in aula illustrem. Hoc nam colligere licebat, cum antea Aman in aula solum haberet, tum solum ejus factum fuisse à rege excelsius cæteris aulicorum solis, et imperasse regem ut omnes aulici cum adorarent; quem honorem tam singularem rex Aman non detulisset, nisi antea fuisset in aula inter cæteros illustres. Docti libri Esther Aman fuisse Mardochæo propterea infensum, quia sibi non assurgeret; non docet nulli etiam aliâ de causa fuisse infensum; ergo etiam potuit Aman odisse Mardochæum, quia factas regi insidias patefecisset. Non mirum est non omnes odii Aman causas memorari in libro Esther, in quo cuncta compendiosè narratur, et ea tantum, quæ ad statum Judæorum pertinebant. Urget Capellus hoc modo: « Quin et Mardochæus in præatituncula illa quæ illi assignatur cap. 15, v. 12, non aliam profert Amanis in se ire causam, nisi hæc, quod illum non salutaret. » Quid tum, Capelle? Nam quid, si hæc alteram odii causam ignorabat ipse Mardochæus? An Aman consilium summo Mardochæo patefecerat? Verisimile est detectas fuisse Aman insidias ab Ispis Eunuchis facinoris conscis, atque eas ac regis aures non prius venisse, quam rex Aman deprehendisset in reginæ cubile incumbente. Nam cum aulici regem iratum viderunt, erat commodum tempus accessit Aman, à quod quidem facere aulici ante non ausi fuerant, quia in regis favore principum locum obtinebat Aman, et ab omnibus metuebatur. Ultimam

loco citato, S. Prosper pag. 2, de Præd.; concilium Laodicenum editione primâ post Ruth, quo etiam loco legitur in Hebraicis Plantini Bibliis in 4<sup>to</sup> editis, anno Judæorum minorum

reprehendit Capellus, quod revelatio insidiarum narretur cap. 2, postquam jam fuit narrata cap. 1 (in Græca editione). Hoc jam diluimus. Fragmenta hæc sunt quæ non fuerant in Græcum textum immittenda, quia hæc addita sunt ad locupletandam historiam, non autem ad librum Esther *vitiandum*, ut ait Hieronymus.

Capite 15, versu 6, ubi legitur: « *Qui quibus significaverunt in litteris scriptis Aman, hoc reprehendit Lud. Capellus*: « Deinde facit citi impostor ille Assuerum... admodum inconsumul; ne dicam fatuum, qui jubet à subditis suis ubique terrarum interfici gentem » tantam, per universum imperii sui ditonem dispersam, facio, nec indicato, gentis illius nomine, sed indefinitè et indiscriminatim eos omnes jubens jugulari et penitus exscindit, quos Aman indicaverat. » Satis erat gentem Judæorum nominari in diplomate ab Aman conscripto; sed eam gentem rex satis significabat, quam dicebat leges habere ceterarum gentium legibus contrarias; itaque non necesse fuit nomen ipsam Judæos non omitti. Quod si forte Aman aliqua resciverat esse Esther ex gente Judæorum, facile intelligitur cur Judæi non nominati fuerint in eâ epistola, cui subiectum erat regis chirographum; nam timore poterat, ne hoc etiam resciret rex prius quam consilia sua ad eventum perducere esset.

Capite eodem, versu 14, ubi *ne gloriam Dei ad hominem transferrem*: « Quasi verò (inquit Capellus) salutatio et civilis honor qui potuit Aman à Mardochæo deferrî) non aliud sit toto genere diversum ab adoratione, seu cultu religioso qui soli Deo reddi debet. » Nec Aman adorationem religiosam ab aulicis requirebat, sed salutationem et honorem civilem... *Recte gentes usurpatur passim in honore civili, nec necessariò intelligitur de cultu religioso.* » Nos ed de re clerico respondimus ad Esther cap. 5. Conceditur Capello, non flagitasse Aman cultum religiosum. Verum quia cultus civilis quem postulabat Aman eo modo erat ei persolvendus quo Judæi Deum adorabant, noluit Mardochæus hædere conscientiam nec suam, nec suorum.

Capite 14, versu 2, ubi convertimus: *Implevit cinere ac sordibus caput suum*, Vulgatus convertit: *Cinere et stercore implevit caput*: « Primò (inquit Lud. Capellus), quavis in lectu graviore, cinere aut pulvere caput aspergere solum apud Judæos esset, crines autem lacerare apud gentes, non videntur tamen ea satis convenire Estheræ, cui mox post illum lectum advenit rex Assuerus... neque crines lacerati tam cito reparari possunt, nec caput à cinere et stercore tam facile purgari atque mundari, ut nihil illavice et sordium et foedi odoris remaneat, quod Assuerum offenderet... nec laceratio et crinium satis convenit cum lege quæ habetur Levit. c. 19, v. 27, et c. 21, v. 5. » Illa arguit hominem gravem parum decebat. Optime vidit Grotius esse stercore idem atque luto, vel sordibus Nec negare debuit Capellus eas sordes fuisse tales quæ facile abtergeri possent, cum Esther non esset ita dolere

326, hoc videlicet modo statim post Denteronium: *Canticum canticorum, Ruth, Threni, Ecclesiastes, volumen Esther*, et tum subjunguntur, qui ab isdem Hebræis vocantur, pro-

amens, ut sese redigeret ad eum statum, in quo adire Assuerum non jam posset. Dicitur Esther implevisse *cinicium suis* locum in quo erat mundus ejus mulieribus, nimirum resectis crinium cinicium, ut omnem omnino capitis ornametum exueret, quod quidem longè aliud est quam lacerare crines.

Capite eodem, versu 15, ubi, *cum ante leonem adero*: « Assuerum, inquit Capellus, regem et virum suum vocal leonem, non satis modestè, nec satis pie; neque enim idem dicebat in virum suum, quod Paulo in Nerone, cum illum leonem vocat. » Severum profecto reprehensorum, qui nolit reginam, Deum suum in secreto orantem, vocare maritum suum leonem tum cum rex erat in Judæos leone ferocior! Cur verò non leuit Estheræ quod Apostolo Paulo leuit? Creditibilis est Paulum, quia id Estheræ licuisse crederet, eadem licentia fuisse usum.

Capite eodem, versu 15, ubi, *me detestari cubile incircumcisorum*: « Atqui eo casu (qualis erat Estheræ) ejusmodi nuptia non fuerunt illicita; nam interdictum de non elocandis filiabus Israelitarum alienigenis solos Chananitidis terre incolæ et forte proximos aecolas, non verò alios à Judæa remotos ethnicos spectabat. » Etenim nostrum Ethiohe Eucenic videmus laudari à Paulo, quæ nupserat homini gentili. » Capello respondetur non itè laudari à Paulo Eucenic, quod nupserit homini gentili, atque eundem Apollonum, qui ejus laudavit pietatem, dixisse: *Notite jugum ducere cum infidelibus*. Itaque recte Esther, quavis legitimo juncta connubio, spernebat cubile incircumcisorum. Nam hæc pars erat miserie Judæorum, ex quo dispersi erant inter gentes, ut matrimonia jungerent cum populis à verâ religione alienis; quod certè femine piæ placere nequaquam poterat, etsi diligebat, ut par erat, maritum suum.

Capite eodem, versu 16: *Abominari enim siquam gloria mea*: « Intelligit... diadema regium... Atqui nulla fuit justa causa, cur abominaretur illud, cum legitime et bonè eum consentiat ab eâ ferri potuerit illud diadema, nec potuerit modo, sed et deberit, si quidem ea ad fastigium regum evecta erat. » Tardè hæc confutare, ex quibus sequeretur non licere regi pio dicere se aspernari regis ornatus, quia scilicet mentem gerat gloria sua excelsiorem. Est abominari, hoc loco, idem ac *despicierent habere*, seu *aspernari*. Debebat Esther ferre diadema, non propterea illud non aspernari.

Capite eodem, versu 17: *Non comedit ancilla tua cibos Aman*: « Si oderat convivari cum Aman, cur mox eum solum vocat cum rege ad convivium, et cum eo comedit? » Respondet quia in hoc convivio comedit suos Esther, non Aman, cibos. An hoc bene factum fuit, ut ipsi semper displiceret convivium regis? An debuit sic esse affecta erga virum Assuerum? — Resp.: Debit sic esse affecta erga regis cibos, quia, ut mox subjungit, non bibebat *vinum libamini*. Itaque adversabatur Esther cibos regis, non quia regis cibos, sed quia ab idolo antea prælibatos.

phete priores, Josue et alii. In Tridentinâ verò sessione 4, ordinem iste liber cum tenet quem in Bibliis nostris videmus, et hæcenus secuti sumus, et quidem rectè, propter causam allatam prolegomeno 7, in Judith.

Capite 15, versu 7: *Ille, attollens oculos, conspexit iratus*. Hæc ita vellicat Lud. Capellus: « Ea dicit, quæ historia Estheræ adversatur; nam cap. 5, v. 2, cum videret Assuerus Estheram ingredientem, statim illi ei placuit, eique porrexit virgam auream... » At hic negatur fingit Assuerum primo iratum ardentibus ex indignatione oculis Estheram intuentem esse; mox verò, cum eam perterritam videret, concessit et animo defecisse, subitò, mutato animo, ad eam de solio suo adcurrisse, nisi excepsit, auream virgam collo ejus imposuisse, quamque blandis verbis esse allocutum. Omnitò quam perulliter et indecore circa Estheram anxium fingat et sollicitum Assuerum, atque ea facientem quæ gravitatem tanti regis super solio sedentis parum decent. » Primò Capellus ait hæc pugnare cum libro Esther, quæ tamen non pugnant. Dicitur in libro Esther placuisse regi reginam, cum eam videret; hic autem non narratur non placuisse ut eam asperit, vel ei fuisse iratum. Nimirum rex videns feminas, quas intrare non jussurat, primo irascitur, nondum agnosces Estheram, seu quia erat adhuc longum ante regie introitum, seu quia una familia reginam antegrediebatur, quam videri rex, antequam reginam conspiceret quæ conspexit, cor ejus mutatur. Hæc non persequitur singularem liber Esther, quia compendiosè scriptus est. Secundo ait Capellus, regem *conspicisse et animo defecisse*, antequam solio exiret, malè interpretans *ἠποθέσθαι*; nam debuerat convertere, *solicitus*, vel *anxius*, neque enim hoc verbum cum verbo, *exiit*, in eadem sententiâ jungeretur, si significaret, *animo defecit*; dicereur in medio regem ad se rediisse, seu animum recepisse prius quam adederet, *exiit*. Tertio, videtur Capello fuisse regem circa Estheram puerilliter anxium. Verùm nulla causa gravior esse poterat anxietatis, nec rex fuisse confux Estheræ uxore dignus, nisi talem se tunc exhibuisset, qualis in hoc fragmento exhibetur.

Capite eodem, v. 13, ubi Vulgatus habet: *Pro omnibus lex constituta est*: « Certè, inquit Lud. Capellus, si pro omnibus constituta fuit lex... ergo et pro Estheræ. Et ipsa satis agnoscit cap. 4, v. 11, legem illam non nisi sibi quàm aliis omnibus esse latam. » Hanc quidem legem pro se ipsa fuisse factam Esther arbitrabatur, quia rex ei legi forsitan subjecerat ipsam reginam; sed rex cum eam vidit ex periculo legis exanimatam, revocavit mentem, et Estheræ declaravit nihil ei ab istâ lege esse metuendum.

Capite 16, versu 10, ubi Aman vocatur Macedo, sic ait Lud. Capellus: « Primò Amanem vocat Macedonem; capite autem 12, vocaverat Bugæum. Atqui neque Bugæus idem est quod Macedo; neque Hebr. אגג significat Macedonem... Quin et vix tum temporis Macedonum nomen Persis innotuerat. » Hoc ultimum nimirum incaute Lud. Capellus. Fieri enim vix poterat quæ Persæ scirent esse in Græciâ Macedones, quorum regnum in Græciâ erat jam tum antiquum. Hæc poterat Aman Macedo, quavis de stirpe

## VI. Quæ utilitas?

Breviter D. Hieronymus Præfatione in Sophoniam, et qui eum secutus est Rabanus hoc

Aggæ, sive Amaleciti, si venerant in Mæcedoniam parentes ejus, atque ibi domicilium habuerant. Eo modo erat Aman suæ nascenti origine Macedo, quamvis ex majoribus Amalecitis vocatur Bagoas, foris ex urbe Mæcedonia, in quâ fuerat natus et educatus.

Capite eodem versu 12, ubi legitur: *Conatus est nos regno et civitate privare*. Lud. Capellus: « Primum, quoniam veri specie abhorret, Amalecitis consilium fuisse ipsam Estheram regi charissimum conjugem in Judæorum strage atque cæde involvere? Quin et ejusmodi... Amans consilium, non modo à veri specie abhorret, sed nec congruit, imò adversatur: vero et genuino Estheram libro. Neque enim is indicat Amanem illum concepsisse in ipsam Estheram odium... notat duplicatam tantam indignationem. Amans in Mardochæum causam esse quid non ab eo coloratur... Sed et cum Aman apud suos gloriatur de honore quo in aula regis affuebat, et etiam nomine sibi placidit, quod ab Estherâ solus cum rege ad convivium invitatus esset... quo satis ostendit se minime Estheræ fuisse infensum. Secundo, an interfectis Mardochæo et Estherâ et Judæis, solitariis propterea fuisset Assuerus? » Eos nodos stringit Lud. Capellus, quos ipsa solvere, si voluisset, potuisset. Primum, non mirum fuit Aman voluisse ipsam Estheram in Judæorum cæde involvere, si regis etiam vita ac regio insidiabatur. At nihil tale narratur in libro genuino Estheræ. An propterea falsum quia non narratur? At placidit sibi Aman quod à reginâ ad convivium solus invitatus. Verum si talis erat Aman, ut *multiplicibus fallaciarum machinis* uteretur, ut legitur versu 13, an machinationes illas suis amicitis et auxilii potestatem? Certe hæc non pugnant, ut conjurationem fecerit Aman in regem et in reginam, etque ut hæc ejus conjuratio in libro Estheræ omittatur, quoniam hæc Judæorum res non tum proximè tangit quam odium ejus in Mardochæum et in Judæos. An solitariis fuisset Assuerus, si Aman interfecisset et Mardochæum et reginam? Nihilum urget Capellus istud unum ediculi verbum, in quo edicto rex iratus loquitur, non conjurato ipsa narratur. Solvendo illa loqui poterit Ariarxex de Aman jamjam futuro interfecitore, et suæ uxoris, et hominis regio suo antecessimi, qui conjurationem inperpetrare fecerat.

Capite eodem, versu 14, ubi, et *regnum Persarum ut Mæcedones translatarem*, nulla adhuc conperitur Capellus, cui absurdum videtur privatum hominem cogitare de transferendo imperio Persarum ad Mæcedones, quorum Mæcedoniam non ex sex tum temporis in Persiâ audiamus esse. Verum hæc verba duo, ad Mæcedones, possunt nihil aliud significare quam ad *hominem Mæcedonem*, ut erat Aman; quâ unâ interpretatione inutilia fiunt argumenta quæ congerit Capellus, ut probet fieri non potuisse ut ab Aman Mæcedones in Persidem evocarentur.

Capite eodem, versu 16, ubi *Judæi nominantur filii Dei maxime et altissimi*: et Atqui hæc est vox et phrasis, inquit Capellus, non regis proximi atque ethnicæ, sed prophætie;

loco: « Liber, inquit, Esther, multipliciter et Ecclesie sacramenta continet, quia ipsa Esther Ecclesie typo populum de periculo liberat, et interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partem convivii, et diem celebrem mittit in posteros. »

## VII. Quæ divisio?

Nostris in exemplaribus Latinis capita sunt 16, in Græcis tamen 10, sed ita ut quæ illis 10 continentur, ea in hisce 10 insint omnia, suo tamen loco posita, quæ apud nos aliena. Cum enim D. Hieronymo propositum esset ostendere quæ in Hebræis tantum essent, et quæ in Græcis superessent, hæc ejus posteriora illis subjunxit, et quidem in præfatione ait, 9 capitulis distincta, per alphabeti litteras ex *minio* usque ad litteram *theta*. Pro *minio* tamen legit Romana D. Hieronymi editio, *mi-*

nec potuit ea capi, seu intelligi ab his ad quos scribebatur hæc Epistola. Quam verò id aliosonum est regi ethnico ad ethnicos scribenti phrasim et vocem tribuere, quam nec ipse intelligit, nec illi ad quos scribit! Capello *gignitur hinc maximus*; itaque eos non potuisse non intelligere quid significaret *Deus altissimus*. Vocaverat Cyrus Deum Judæorum *Domini Deum cæli*. Ipsi cognati Aman non nesciebant Deum Judæorum esse *Deum altissimum*, cum ei dicebant: *Si de semine Judæorum est Mardochæus, ante quem cadere cepisti, non poteris ei resistere*. Fieri non poterat ut Persæ ignorarent id quod rex postea declaravit, Deum Judæorum prospera omnia fecisse Persis, atque eundem Deum esse ipsorum potentis auctorem, cum viderent in suis monumentis hoc confessum fuisse ipsum Cyrus, imperii sui conditorem.

Capite eodem, versu 17, ubi *Vulgatus: Eas litteras sciatis esse irritas*, obliqui Capellus litteras, seu edicta regis Persarum, nunquam fuisse revocata. Nemo id ignorat; itaque accusandus fuit interpretes Latini, non Græcus scriptor, apud quem non fecit rex edictum *summi irritum*, sed hoc tantum dixit: *revocatis, et non attenditis litteras Aman*, quasi diceret: Ne attendite ad eas litteras, etsi non fuerint revocata.

Donque versu 22, ubi: *Vos igitur diebus vestris solemnibus annoverate*... et Assuerum fingit jubentem ut dies *Plurim* non solum à Judæis, sed ab omnibus... inper à sui subditis observentur et pro festis habeantur... Atqui genuinus Estheræ liber docet dies illos à Judæis dimittaxit à Mardochæo et Estherâ, non à rege esse indictos. Hæc reuè Capellus; nam constat ex historâ Esther Hebræicâ, non eadem Epistolâ licentiam datam fuisse Judæis ut mitterentur inimicos suos, quâ imperatum fuit, ut dies *Plurim* celebrarentur. Itaque videntur versus 18, 19, etc., usque ad 24, transcripti ex Epistolâ Esther et Mardochæi, et allati in regis Epistolam, non tantquam præf. Epistolæ ejusdem, sed tantquam fragmentum Epistolæ Esther et Mardochæi, quomodo et cætera fragmenta quæ addita ad hæc Librum, et alieno in loco posita. (Houbigant.)

nimo, quod intelligendum foret ex capite 10, quod littera Græcorum minima, *iota* scilicet, notari solet. Omnia verò hæc adjuncta triplicia sunt: vel enim ad historiam *finem* spectant, et ea statim traduntur versu 4 capitis decimi et initio undecimi, vel ad historiam *principium*, et deinceps leguntur capite 11 et 12, vel denique ad *medium*, et habentur cap. 15, 14, 15, 16. Sic libri totius partes constitui possunt quatuor. In primâ sunt honnalla quæ Judæorum et pericula et liberationem antecedunt, usque ad caput 5, vers. 6; in secundâ periculum Judæorum à capitis 5 vers. 6, usque ad caput 4; in tertiâ eorundem liberatio à c. 4 usque ad c. 9, vers. 17; in quartâ quænam liberationem consequentia (1).

(1) Versio Græca hujus libri satis ab Hebræo discrepat, ex quâ plurimæ additiones in veterem Vulgatam ante S. Hieronymum derivate sunt, ac deinde in nostris editionibus Latinis, etiam post versionem S. doctoris, manserunt; quoniam rejecta ad calcem libri, et è reliquo textu, qui ex Hebræo adornatus est, avulsæ. Porro quædam additiones Græcæ variis in locis habet: e. g., in fronte primi capituli sanatum Mardochæi, et prodita conspiratio sanorum eunuchorum legitur; et capite tertio, post v. 15, legitur Epistola Assueri pro delendis in universâ Asseri ditione Judæis data; capite 4, post v. 17, oratio Mardochæi, ac deinde Estheris pro salute universæ gentis Judæicæ à Deo impetranda; capite 4, post v. 8, legitur parâ quædam additio, inserta in capite 5, v. 2, 3, nostro Vulgate. Græcus narrat, satis discrepat tum ab Hebræo, tum à Vulgate narratione. In nonnullis Græcis exemplaribus capite 6, post v. 10, quædam legitur, frustra querenda in Hebræo et in nostrâ Vulgatâ, vel in fragmentis, ad calcem ejus libri in eadem Vulgatâ; quæ et desunt in editione Græcâ Complutensi. Edictum regis pro Judæis legitur capite 8, post v. 12. Capite 10, à v. 5 usque ad exitum capituli, legitur interpretatio somni quod Mardochæo per quietem contigit; et instans festi *Parim*. Denique ibidem annus ascribitur quo versio Græca ejus libri Hierosolyma in Ægyptum delata est. Fusiis hæc annotavimus, ut, si libuerit, conferantur inter se additiones ex Græco et veteri Vulgatâ cum textu Latino, et ad summa singula revocari possint, ut devariis ejus historie narrationibus, earumque connexionem quod contigit ferat. Hebræus Scriptor, qui sub nomine Josephi Gorionis hodiè nobis innotescit, non ignorat additamentum illa quæ legitur in Græco et in Latino libri Esther, inseritque in suam historiam lib. 2, cap. 2, unde conjicere merito licet nec Judæis illa ignorasse; latuisse tamen Josephum historicum non minus suspicor.

Versiones etiam Græcæ inter se non penitus consentiunt. Editio Romana et ea quam Usserius nobis procuravit, *ebelis* et *asteriscis* Originis notatam, satis inter se conveniunt; fusiores tamen sunt quam alia versio Græca, ab eodem Usserio è regione Origeniana edita. Editio Complutensis minus abest à Romana.

Vetus Latina versio, S. Hieronymo vetustior, eujus P. Martianus exemplar MS. ex vetu-

stissimo codice S. Germani Pratensis derivatum nobis communicavit, plurimum et ab Hebræo et à versionibus Græcis abhorret. Variantia in eâ plurima, tum et addita atque detracta quædam non levis momenti. Sæpè illum Laurentinus sub nomine veteris Vulgate, seu veteris Latine, sive Italice versionis, Plures sanè feriebantur in Ecclesiâ Latine versiones, non minus quam nostræ ætate Græcæ, inter se discrepantes. Porrò hæc Latina versio, de qua modò, mirâ interdum barbarie et obscuritate horret. Ita ibidem secundum Ariarxeris edictum ægerime lector assuquntur.

Quis Græcæ versionem adornaverit, res est apud eruditos ambigua. Veterum nonnulli cum pluribus recentiorum opinati sunt septuaginta Interpretes unâ cum cæteris Hebræicis scriptis libris hanc etiam historiam vertisse. Moventur autem potissimum quod Interpretes illi Græcæ fidei reddidisse legantur quodquid in canone Judæorum, ætate Ptolemæi Philadelphii, legabatur. Porro librum Estheris jam tum in canone fuisse minime ambigunt.

Hæc tamen sententia planè textu Estheris repugnare videtur; cum in Græco ejusdem libri capite 11, 4, hæc legantur: *Ano quarto, regnantis Ptolemæi et Cleopatry, attulerunt Dositheus, qui sacerdos et Levites esse ferabatur, et Ptolemæus, filius ejus, hanc epistolam Plaurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum, Ptolemæi filium, in Jerusalem*. Porro si Ptolemæus Philadelphus ejusdem conjux Cleopatry hæc significatur, id quod in commentario aperitur; illud constitutum oportet, quod post septuaginta Interpretes, si illi sub Ptolemæo Philadelpho clarruerunt, versionem hujus libri in Græcum à Lysimachio fuisse adornatam: cur enim ceteris Hierosolymâ in Ægyptum transferendis erant liberi, qui diu antea opera Septuaginta ibidem noscuntur? Si vero quartum hujus Ptolemæi annum non ad Philonem referendum contendas, ceterisquæ versionem ante Septuaginta in Ægyptum delatam fuisse; cur Interpretes illi vertere librum jam in Græcum à Lysimachio translatum laborassent? Hoc autem veritatis: nihil nos eorum versio jurat; quæ enim superset versio, hæc nonnulli à Dositheo in Ægyptum translata videtur, quemadmodum verba superius recitata satis insinuant.

Eodem Lysimachio facile tribuendas credimus additiones, quæ diximus. Is verò Lysimachus religiosè adeo verba textus secutus non est, quemadmodum à cæteris veteris sacrorum librorum Interpretibus servatum est. Liberis non raro excurrit; nec tamen liber minus probatus est, neque ab antiquitate sua excidit, cum nihil ille adproceri seu textui, sententiâ, omnia quæ in Græco supra Hebræum redundant, veritatis exemplarium archetyporum (varia enim fuisse eruditi) tribui oportere; illi sanè nullum dæi sui documentum solidum exhibent. Fide enim variâ exemplaria nemo, neque S. Hieronymus, neque Origines, nec veteres Scripturæ interpretes, Aquila, Symmachus et Theodotus, miramur auverunt. Josephus Gorionis in suâ Historiâ Judicâ l. 2, cap. 2, eas omnes additiones probat, et in librum suum trans ferit, nihil de illis Josephus historicus, quid in ejus Græco exemplari decessit.

Cum S. Hieronymus versionem hujus libri ex Hebræo aggressus est, textum hunc tantquam archetypum unice habendum esse minime an-

bigebat. In ejus sententiam convenisse Ecclesiam, probat S. doctoris versione, atque in canonem recepta, satis constat. Eruditissimi etiam nostri scriptores animadvertunt Lysimachum in sua versione adoranda ingenio suo plus nimio obsecundasse, uti, e. g., cum in edicto Assueri pro Judæis loquentem inducit eundem regem, veluti tempore belli Persarum in Macedonia vixisset, his verbis: *Aman, animo et gente Macedo*; et: *Cogitans (Aman) regnum Persarum transferre in Macedonas*. Observat etiam S. Hieronymus eos qui hunc librum exscripserunt, plus nimio sibi indulgisse, cum non raro viros in eadem historia loquentes induxerint, quemadmodum sibi aptissimum videbatur: « Sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis uti potuit, qui injuriam passus

est, vel qui injuriam fecit. » Luculentum hujus rei exemplum præbet MS. veteris Vulgate, e quo plura nos animadvertimus; præbent etiam Græci textûs additamenta.

Si quaeras quâ lingua scripta sint hujus libri additamenta, respondeo: Textus Chaldaicus horum additamentorum, in codicibus quibusdam Hebraicis repertus, ex Græco conversus fuit, et in codices illos illatus est. Lingua enim horum fragmentorum Græca Judæum prodit Græcè scribentem, nec ullum versu ex Chaldaico exhibet vestigium. Styli quoque in diversis fragmentis diversitas diversos auctores arguit. Quæ chaldaica versio jam fusior, jam succinctior est, quam textus Græcus; edita fuit ab Evodio Assemani in Bibliothecâ Vaticanâ, ex quâ eam de Rossi Specimen lect. V. T. desumpsit. (Iahn.)

## IN LIBRUM ESTHER

### COMMENTARIUM.

#### CAPUT PRIMUM.

1. In diebus Assueri, qui regnavit ab indiâ usque Æthiopiâ, super centum viginti septem provincias:

2. Quando sedit in solio regni sui, Susan civitas regni ejus exordium fuit.

3. Tertio igitur anno imperii sui, fecit grande convivium cunctis principibus et pueris suis, fortissimis Persarum, et Medorum inclytis, et præfectis provinciarum, coram se,

4. Ut ostenderet divitiarum gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque jaçantiam potentia suæ, multo tempore, centum videlicet et octoginta diebus.

5. Cùmque impleverent dies convivii, invitavit omnem populum qui inventus est in Susan, à maximo usque ad minimum; et jussit septem diebus convivium præparari in vestibulo horti et nemoris, quod regio eultu et manu cœlata erat.

6. Et pendebat ex omni parte tentoria aëri coloris, et carbasini ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, et columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei et argentei super pavimentum smaragdino et pario stratum lapide, dispositi erant: quod mirâ varietate pictura decorabat.

7. Bibebant autem qui invitati erant,

#### CHAPITRE PREMIER.

1. Au temps d'Assuérus, qui a régné depuis les Indes jusqu'à l'Éthiopie, sur cent vingt-sept provinces,

2. Lorsqu'il fut assis sur le trône de son royaume, Suse devint la capitale de son empire.

3. La troisième année de son règne, il fit un grand festin à tous les princes de sa cour, à tous ses officiers, aux plus braves d'entre les Perses, aux premiers d'entre les Mèdes, aux gouverneurs des provinces, en sa présence,

4. Pour faire voir la gloire et les richesses de son empire, ainsi que sa grandeur et l'éclat de sa puissance. Ce festin dura long-temps, ayant été continué pendant cent quatre-vingt jours.

5. Et quand le temps de ce festin finissait, le roi invita tout le peuple qui se trouva dans Suse, depuis le plus grand jusqu'au plus petit. Il commanda qu'on préparât un festin pendant sept jours, dans le vestibule de son jardin, et du bois qui avait été planté de la main des rois avec une magnificence digne d'eux.

6. Et de tous côtés étaient suspendues des tentures de bleu céleste, de blanc et d'hyacinthe, lesquelles étaient soutenues par des cordons de fin lin, teints en écarlate, qui étaient passés dans des anneaux d'ivoire, et attachés à des colonnes de marbre. Des lits d'or et d'argent étaient rangés sur un pavé couvert d'émeraude et de marbre blanc, qui était embellî de figures avec une admirable variété.

7. Ceux qui avaient été invités buvaient

aureis poculis, et aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, ut magnificentiâ regiâ dignum erat, abundans et præcipuum ponebatur.

8. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, ut sumeret unusquisque quod vellet.

9. Vasthi quoque regina fecit convivium feminarum in palatio, ubi rex Assuerus manere consueverat.

10. Itaque die septimo, cùm rex esset hilarior, et post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Maumam, et Bazatha, et Harbona, et Bagatha, et Abgatha, et Zethar, et Charchas, septem eunuchois, qui in conspectu ejus ministrabant,

11. Ut introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput ejus diademate, ut ostenderet cunctis populis et principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde.

12. Quæ renuit, et ad regis imperium, quod per eunuchois mandaverat, venire contempsit. Unde iratus rex, et nimio furore succensus,

13. Interrogavit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, et illorum faciebant cuncta consilio, scientium leges ac jura majorum:

14. (Erant autem primi et proximi, Charsena, et Sethar, et Admatha, et Tharsis, et Mares, et Marsana, et Mamuchan, septem duces Persarum atque Medorum, qui videbant faciem regis, et primi post eum residere soliti erant.)

15. Cui sententiæ Vasthi regina subjaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchois mandaverat, facere nolisset.

16. Responditque Mamuchan, audiente rege, atque principibus: Non solum regem lasit regina Vasthi, sed et omnes populos, et principes qui sunt in cunctis provinciis regis Assueri.

17. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, ut contemnunt viros suos, et dicant: Rex Assuerus jussit ut regina Vasthi intraret ad eum, et illa noluit.

18. Atque hoc exemplo omnes principum conjuges Persarum atque Medorum,

dans des vases d'or; et les viandes étaient servies dans des bassins tous différents les uns des autres. On y présentait aussi du plus excellent vin, et en grande abondance, comme il était digne de la magnificence royale.

8. Nul ne contraignait à boire ceux qui ne le voulaient pas; mais le roi avait ordonné que l'un des grands de sa cour fût assis à chaque table, afin que chacun prit ce qu'il lui plairait.

9. La reine Vasthi fit aussi un festin aux femmes dans le palais où le roi Assuérus avait accoutumé de demeurer.

10. Le septième jour, lorsque le roi était en gaité, échauffé par l'excès du vin, il commanda à Maïmam, Bazatha, Harbona, Bagatha, Abgatha, Zéthar, et Charchas, les sept eunuques qui servaient en la présence du roi Assuérus,

11. De faire venir devant le roi la reine Vasthi, le diadème en tête, pour faire voir sa beauté à tous les peuples et aux grands, parce qu'elle était extrêmement belle.

12. Mais Vasthi refusa d'obéir, et dédaigna de venir, selon le commandement que le roi lui en avait fait faire par ses eunuques. Assuérus, irrité de ce refus et transporté de fureur,

13. Consulta les sages qui étaient toujours près de sa personne, selon la coutume des rois, et par le conseil desquels il faisait toutes choses, parce qu'ils savaient les loix et les coutumes.

14. (Or entre ces sages les premiers et les plus proches du roi étaient Charséna, Séthar, Admatha, Tharsis, Marès, Marsana et Mamuchan, qui étaient les sept principaux seigneurs des Perses et des Mèdes, qui voyaient la face du roi, et qui avaient coutume de s'asseoir les premiers après lui.)

15. Il leur demanda donc quelle peine méritait la reine Vasthi, qui n'avait point obéi au commandement que le roi lui avait fait faire par ses eunuques.

16. Mamuchan répondit en présence du roi et des premiers de sa cour: La reine Vasthi n'a pas seulement offensé le roi, mais encore tous les peuples et tous les grands qui sont dans toutes les provinces du roi Assuérus.

17. Car cette conduite de la reine parviendra à la connaissance de toutes les femmes, et leur apprendra à mépriser leurs maris, en disant: Le roi Assuérus a commandé à la reine Vasthi de venir se présenter devant lui, et elle l'a refusé.

18. Et à son exemple toutes les femmes des grands seigneurs des Perses et des Mèdes mé-